



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

99. An circumstantia modi in copula conjugali sit in confessione aperienda?  
Et notatur, quod aliquando hoc efficitur etiam sine culpa veniali, ubi non  
captandæ voluntatis gratia hoc efficitur, sed ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)



bus addit malitiam specificam necessariò fatendam, & reducitur ad incestum. Et tandem quartò, dicendum est reduci eam ad incestum, si quis accessum habet cum consanguinea in primo gradu sponse propriae de futuro contra publicam honestatis impedimentum dirimens in eo gradu matrimonium. Et ideo talis circumstantia erit in confessione aperienda. Sed similibus relictis ad alia procedamus.

## RESOL. XCIX.

An circumstantia modi in copula coniugali sit in confessione aperienda?

Et notatur, quod aliquando hoc efficitur etiam sine culpa veniali, ubi non captanda voluptatis gratia hoc efficitur, sed aliqua iusta causa interveniente, propter pinguedinem viri vel propter periculum ne fetus suffocetur.

Etiamsque advertitur, quod vxor tenetur reddere debitum, etiamsi vir cum culpa veniali ex variatione situs velit copulam complere? Ex part. 1. tract. 7. Ref. 35.

Super omni contento in hac Resol. in tom. 2. tr. 6. Ref. 180. & in Ref. 185. §. Nota hic, & in Ref. 201. §. vlt.

§. 1. **R**espondeo, quidquid aliqui asserant, negati-  
vè: & ita non peccat mortaliter vir, qui vult habere copulam cum vxore, vel à latere, vel sedendo, vel praeposterè, aut succumbendo, nisi adsit periculum effudendi semen extra vas, quia est abusus, ac naturalis ordinis peruersio in solis accidentibus, dum vas legitimum servatur. Et ita docet Sanchez de matrim. 10. 3. lib. 9. disp. 16. n. 3. & alij penes ipsum.

2. Nota vero, quod aliquando hoc efficitur, etiam sine culpa veniali, ubi non captanda voluptatis gratia hoc accidit, sed aliqua iusta causa interveniente, propter pinguedinem viri vel propter periculum, ne fetus suffocetur.

Sup. hoc si gnauer in Ref. & §. not. prater. 12.

3. Notandum secundò, quòd vxor tenetur reddere debitum, etiamsi vir cum culpa veniali, vt, diximus, ex variatione situs velit copulam complere. Ita Sanchez. ubi supra num. 8. licet probabiliter aliqui contrarium asserant, vt notat Henriquez lib. 12. cap. 16. num. 6. in Glos. lit. S. & alij.

## RESOL. C.

An coniugati, quando delectantur morosè de aliquo obiecto libidinoso, teneantur in Confessione explicare circumstantiam coniugij, videlicet se esse coniugatos?

Et docetur delectationem de aliquo opere in eo sensu sumere malitiam ab illo, quod respiciat opus, seu obiectum hoc, aut illo modo sub quo opponitur virtuti, ac proinde quamvis delectatio sit de opere malo, si tamen illud non respicit vt malum, ei vt sic se conformando; aut sub motivo, sub quo elicitur non opponitur virtuti, non erit mala saltem mortaliter.

Vnde delectatio de occisione, quamvis iniusta non est mortalis, quando est de illa, quatenus est honeste vitis sine occiso, sine ipsi, qui de ea delectatur.

Similiter de esu carnum quamvis prohibito, quando est de illo, vt est delectabilis gustus ob rationem dictam.

Et ob eandem delectatio patris de morte filij, quia eum non potest commode sustentare, & è contra delectatio filij de morte patris, quia ei succedit in bonis.

Item delectatio Beneficarij de morte sui Pensionarij, quia liberatur à debito soluendi pensiones, hac non sunt mortalia.

Et idem est de desiderio simplici, quo predicti desiderant supradictis mortem ob dicta motiva, & non ob odium, neque ob aliud motivum malum, & mortale.

Et an qui desiderat pollutionem non ex effectu libidinis sed ob sanitatem, aut ob aliam licitam utilitatem non sit mortale?

Et à fortiori dicendum est non esse mortale delectationem de seminis effusione ob sanitatem, vel alium honestum finem.

Super est adhuc pulchra questio an si quis veniat castitatem in solo opere externo, peccet in delectatione de aliquo opere venereo?

Et firmatur, quod delectatio venerea de fornicatione ab habente votum absoluta castitatis capta, prater malitiam luxuriae contra castitatem, etiam habeat malitiam sacrilegij contra votum: Ex part. 5. tr. 1. 3. & Misc. 1. Ref. 99.

§. 1. **C**asus passim occurrit, & affirmatiuum sententiam prater Bonacinam, tenet Alphonsus de Leone de officio Confessorij, part. 1. recoll. 13. n. 54. Valq. in p. 2. to. 1. disp. 112 cap. 2. n. 10. & alij ratio est, quia in tali casu coniugatus non solum peccat peccato luxuriae contra castitatem, sed etiam peccato adulterij contra fidem matrimonij, qui venere delectatur de fornicatione cum non sua, non tantum peccare peccato luxuriae contra castitatem, sed etiam peccato adulterij contra fidem matrimonij. Hoc tamen posterius difficile est, & nullo fundamento probatum; quia difficile est, & absque sufficienti fundamento in matrimonio praestari fidem coniugij, non collocandi mentem in aliam. Ita Hurtado contra Valquez.

2. Verum his non obstantibus nouissimè negatiuum sententiam docet Pater Gaspar Hurtado de subiecto peccatorum, disputat. 4. difficultat. 10. ubi sic ait: Addit Valquez coniugatum, qui venere delectatur de fornicatione cum non sua, non tantum peccare peccato luxuriae contra castitatem, sed etiam peccato adulterij contra fidem matrimonij. Hoc tamen posterius difficile est, & nullo fundamento probatum; quia difficile est, & absque sufficienti fundamento in matrimonio praestari fidem coniugij, non collocandi mentem in aliam. Ita Hurtado contra Valquez.

3. Et tamen obseruandum, quòd licet Valquez affirmatiue adhaereat opinioni, tandem in fine addit, non esse sibi admodum certam, ex quibus verbis colligitur etiam ex mente ipsius Valquez sententiam negatiuum non carere sua probabilitate; videndus est etiam omnino Castrus Palaus penes me ipsum in 3. part. tr. 6. resol. 73. qui alias adducit rationes pro firmanda sententia Hurtadi.

4. Non desinam etiam hic obiter adnotare eundem Hurtado loco citato difficultat. 9. docere delectationem de opere aliquo in eo sensu sumere malitiam ab illo, non quia ab eo accipiat malitiam in ipso reperitam, sicut accipit affectus efficac; sed quia malitiam quam habet, quando est mala, sumit ex eo, quòd respiciat opus, seu obiectum hoc, aut illo modo, vel sub hoc, aut illo motivo, sub quo opponitur virtuti; ac proinde quamvis delectatio sit de opere malo, si tamen illud non respiciat vt malum, ei vt sic se conformando, aut sub motivo sub quo elicitur non opponitur virtuti, non erit mala saltem mortaliter. Vnde delectatio de occisione, quamvis iniusta, non est mortalis, quando est de illa quatenus est honeste vitis, sine occiso, sine ipsi, qui de ea delectatur, & etiam delectatio de esu carnum, quamvis prohibito, quando est de illo, vt delectabilis gustui, ob rationem dictam; & ob eandem delectatio patris de morte filij, quia eum non potest commode sustentare, & è contra delectatio filij de morte patris, quia ei succedit in bonis; & delectatio Beneficarij de morte sui pensionarij, quia liberatur à debito soluendi pensionem, non sunt mortales. Et idem est de desiderio simplici, quo predicti desiderant praedictis mortem ob dicta motiva, & non ob odium, nec ob aliud motivum mortale. Hucusque Hurtado, quae quidem sunt valde notanda, & antea docuerat Castrus Palaus, quem ego citavi.